

productiuia in Deo, videlicet intellectus, qui se habet per medium natura, & voluntas. Sed querere posse, si intellectus, & voluntas sunt duo principia productiuia in diuinis, & vicerque habet actum suū essentiale, videtur, quod actus productiuus per nos, undetur super actum essentiale. Dico quod patet in diuinis habet intellectum infinitum, & infinitum obiectum, ita habetur actus primus, quia memoria, que est actus primus, quoniam est cognitio habitualis, quando videlicet obiectum praesens est sub ratione, qua potest habere notitiam. Vnde memoria dicitur esse in parte, obiectum quoque est es sentia sua, ita intellectui praesens, ita quod totum hoc, habet rationem memorie, scilicet intellectus habens obiectum intelligibilem sibi praesens. Et essentia, & praesens intellectus diuino paterno, quasi causat intellectum, & habet intellectus diuinus operationem in intellectuam, quia tamen proprie non est cauata, cum sit realiter idem cum intellectu atque essentia. Secundum hoc ergo essentia principium est operandi, quia principium est illius operationis intelligendi. Præter hoc autem, quod essentia sic est principium intelligendi, intellectus habens obiectum sibi praesens tamen memoriæ est productiuus similierte notitia genitæ, quæ est verbum; quoniam verbum est notitia non quæcunq; sed genita, ita quod mediante operatione intelligendi non cauatur verbum immediatè, sed immediate à memoria, vt ab intellectu habente obiectu intelligibilem sibi praesens, sub quadam tamen ordine, vt prius secundum nostrum intelligendum opera intellexit. Itaque immediate, est intellectus ab intellectu habente obiectum sibi praesens, & etiam ab eodem est verbum, tamen sub ordine quadam, ita qd prius ordine est illa intellectus notionalis immediate ab intellectu habente essentiam obiectam sibi praesentem, & non ab intellectu operationi. Nam alter non magis est verbum Dei, quam lapidis: quoniam intellectus diuinus infinitè intelligit lapidem, licet lapis non habeat esse infinitum. Sic quoque est de voluntate respectu spiritus sancti. Voluntatem namque habentem obiectum actu cognitionis sibi praesens, sequitur liberè amare, & etiam opera, id est voluntas habens etiam obiectum cognitionis sibi praesens, spirat amorē, qui spiritus sanctus est, & immediate, licet prioritate ordinis præexistat operatio amandi. Sicutque intelligo, quod actus productiuus fundatur super actus essentiales, quoniam ordine tali ab eodem sunt operationes essentiales, & productiuia. Itaque dico, qd tantum sunt due personæ productiuæ, quia unius principii productiuum tantum est una productio adæquata, & coetera principio productiuia. Unde si alterum horum deficit, non oportet unam tantum esse productionem. Si enim productio non sit adæquata principio productiuo, principium productiuum potest plura producere, quemadmodum dum unum calidum producit calida plura. Aut si productum non sit coeterum, tunc enim corrupto uno producto potest producere aliud. Cum igitur in diuini tantum sint duo principia productiuia, diuerſarum rationum, puta voluntas, & intellectus habens rationem principii nature, & vtrumq; principium adæquetur sue productioni, sicut infinitu infinito, sequitur, qd ibi sunt tantum duas productiones, & per consequens tantum duas personæ productiuæ. Hæc Scotus.

Nonyf. ¶ Cuius dicta non videntur contra solennē prævalere doctorem, præacto quodlibet dicentem: omnis substantia a materia separata qualis maxime Deus est, necessario est intellectua. Cū ergo in Deo

sit persona procedens, oportet qd hoc sit per actum intellectus, aut voluntatis, aut vtrumq;. Quare cum actus intellectus, & voluntatis, cum modi sunt intelligere, scire, velle, amare &c. sint communis omnibus diuinis personis, sicut essentia: quoniam pertinent ad eum essentialia attributa: nulla autem persona potest produci per actionem sibi conuenientem: sic enim esser productiuus supradictus: oportet, vt præter actus illos essentiales, sint alii actus non communis personis, sed proprii illi, vel illis, à quo, aut à quibus persona, vel persona procedunt. Et quia duæ personæ solidis duabus actionibus producuntur ad videntem quod in Deo sint tria personæ, & tria tres, oportet videre quo in Deo sint tria actiones, videlicet intellectus, & voluntatis, præter actus eorum essentiales: & quod illæ duæ actiones non sunt realiter plurificatæ, quia non reftat fore cunctas ultra eas. Est ergo sciendum, qd actus intellectus, & voluntatis non complerunt, nisi in duplo genere actionis, quorum unus in Deo tam ex parte intellectus, quam voluntatis, est essentialis, alter vero notionalis seu pionalis: qd actus intelligendi, & volendi perficiuntur in hoc, vt ipse intellectus, & voluntas non stent in actionibus illis intelligibilius, sed procedant ad actus intelligendi, & volendi, vt sint notionalis, prout sibi vtrumq; eorum est aliquid personaliter procedens. Intellectus namq; intelligido se, nunquam sibi intelligendi perfcitur, donec ex actu suo procedat verbum, similiter nec voluntas, quoniamq; ex actu suo procedat amor. Sicut n. in verbo intellectus quieticit in vero, nec in actione intellectuali perfcitur, quoniamq; ipsum verum attingat, sic in amore procedete (quem zelus postulamus appellare) quieticit voluntas, vt in bono, & non in actione voluntaria, donec ipsum bonum attingat. Quod vt clarius innoteat circa Deum, videndum est quo hoc contingat circa actus intellectus, & voluntatis in nobis. Et primò ex parte intellectus, cuius actiones tantum proprias, intellectus clarissimus percipit qd actus voluntatis tantum a se alienos. Porro intellectus nostrar est parvum paucissimus, & partim actius. Et primo paucissimus per hoc, qd perfcitur ex motu, qui fit à re intellecta in ipsum, per quæ motu perfcitur ex intellectu, & intelligibili ipse actus intelligendi, qui est operatio eius prima, qua perficiatur in simplici notitia habita de re intellecta. Estque notitia ista quasi cōfusa, & indeterminata manifestatio eius, quod ipsum cognoscitur. Ad formandum iste in se re quid exprellit, & determinatum, intellectus n. se habet actus, discurrendo via artis, & inuestigando quod quid est: & tunc actus eius vocatur cognitionis, & est verbum, sed adhuc informe, atque formabile, nondum formatum. Cumq; adiūcra differentia ultima concipit ratione diffinituā, illa est verbum in iure in intellectu perfectu, & formatu p actus eius em, ad quem se habet pure actus. Hinc multū deficiunt à ratione verbis, quæ dicunt, qd prima notitia simplex concepta in intellectu de re intellecta, sit verbum. Quemadmodum aut duplex est operatio intellectus, ita, & voluntatis: Vna videlicet clara, & incompleta in amore simplici imperfecto, alia in amore perfecto. Amor aut imperfectus, qd quasi teor, correspondit prima operationi intellectus, sed amor perfectus correspontet verbo seu perfecte intellectus cognitioni. Sic dicimus in diuini, qd ad completionem, & perfectionem actionis intellectualis, & voluntariæ, non sufficit illa, quæ est simplicis notitia, & amoris, qui est purè essentialis tam ex parte intellectus, quam voluntatis: sed requiritur ex parte intellectus notitia procedens, quæ dicitur verbum: atq; ex parte

Duplex o-
peratio i-
ntellectus
& voluntatis